



**Dissertatio medico-obstetricia inauguralis exhibens casus
nonnullus febris puerperalis in Tococomio Academico anno
MDCCL observatos cum epicrisi**

<https://hdl.handle.net/1874/319681>

DISSERTATIO MEDICO-OBSTETRICA INAUGURALIS

EXHIBENS

CASUS NONNULLOS FEBRIS PUERPERALIS

IN TOCOCOMIO ACADEMICO ANNO MDCCCL OBSERVATOS

CUM EPICRISI,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

Phil. Theor. Mag., Litt. Hum. et Jur. Utr. Doct. et Prof. Extraord.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS CORNELIUS VAN OPDORP,

Bergensis ad Somam.

AD DIEM V M. JUNII A. MDCCCLI, HORA V.



TRAJECTUM AD RHENUM.

APUD T. P. VELTMAN.

MDCCCLI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PARENTIBUS
OPTIMIS, CARISSIMIS,

PROMOTORI
SEMPER VENERANDO

JAC. LUD. CONR. SCHROEDER VAN DER KOLK,

PRAECEPTORIBUS,
QUOSCUNQUE HABUI,
AESTUMATISSIMIS, MAXIME DE ME MERITIS

ET

AMICIS,

SACRUM.

THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

RECEIVED
MAY 10 1900

INTRODUCTIO.

Inter varios morbos epidemicos saepius grassantes unus est, quem praeter alios medici observatione sua dignum censuerunt. Et si adsunt morbi, quorum curatio aut morbi naturae explicatio, e diversissimis systematibus petita sunt, tum vero certe in illis febris puerperalis primum occupat locum. Si modo animum attendamus ad libros innumeros, qui de febre puerperali agunt, in quibus cadaverum sectiones nobis quam diversissimos ostendunt eventus, nemo est qui dubitet fere omnes scriptores tum de morbi natura, tum de aetiologia et curatione dissentire. Jam inde ab antiquissimis temporibus notum erat, foeminas brevi post partum, morbo vehementi, omnia consilia prophylactica et therapeutica irrita facienti, esse obnoxias. Jam Hippocrates in libris suis de morbis epidemicis hunc morbum attigit;

credebat enim uteri esse inflammationem ex lochiarum secretionem impedita ortam. Postea Leake, Pinel, et Lobé, enteritidem et epiploicitidem ex lactis metastasi ortas, causam proximam habuerunt. Denman et Johnson, morbi naturam adynamicam e febris inflammatoria putrida composita, explicare conati sunt. Alii causam symptomatum proximam, atque febris puerperalis naturam, ex peritonitide mera petiverunt. Deinde morbum tamquam metroperitonitidem aut endometritidem descriptum invenimus, prouti in cadaveribus una, vel altera praevaluerat conditio. Ex hisce omnibus satis superque patet, non oportere, ut nomine febris puerperalis intelligamus morbum peculiarem, semper eadem forma et iisdem symptomatibus prodeuntem, sed potius conditionem morbosam, complexam, (quam plurime acutam) nunc his, nunc illis symptomatibus, (etsi omnes sint causarum diversissimarum vis modificata), se ostendentem. Multi pathologi has causas, quoad originem innotas, sed quoad effectus nimis luculentas, quam ut de iis aliquod superesse possit dubium, momenti plenissimas habuerunt. Ex hoc vero adpectu profecti, nunc theoriam hanc novam, ab omnibus agnosci eodem cupiunt modo, quo antea in illa agnoscenda fuerant tardi atque circumspecti. Hodie febris puerperalis dyscrasia sanguinis habetur, ex contagio, miasmate aut e causa simili orta, cui puerperae prae caeteris sunt obnoxiae, quum 1^o apud illas sanguinis compositio semper differat et 2^o quia venae in eo loco, ubi placenta inserta est, veluti libere patent, quibus facillime fit, ut haec dyscrasia cum sanguine communicetur, quo interdum phlebitis aut alii processus inflammatorii oriuntur, qui quam citissime ad oreum ducunt.

Non mihi est propositum, ut historiam hujus morbi darem, aut opiniones scriptorum variorum commemorarem, sed ut officio lege imposito satisfacerem. Nonnullos igitur enarrabo casus, quos duce viro Clarissimo van Goudoever ipse observavi, quibus deinde addam relatus cadaverum sectionum, atque sanguinis indagatorum, a viro Clarissimo Donders institutarum, quum mihi, Tococomii practico, non liceret iis adesse.

CASUS PRIMUS.

Sara Smit (vidua Kunst), e pago *Ede*, 36 annos nata, constitutionis corporis tenerae atque temperamenti lymphatici, quinta vice gravida, die 18 mensis Martii sese gravidam nobis communicavit, atque die 23 ejusdem mensis in Tococomio Academico recepta est. Quum illam in stadio graviditatis ultimo explorarem (die 5 mensis Aprilis), per integumenta abdominis communia, dorsum foetus in latere sinistro, atque corpus durum, teres, (verosimile caput) in latere dextro admodum altisum mihi percipere licuit. Audiebam pulsationem foetalem ad latus sinistrum infra umbilicum, susurrum uterinum debilem sed ad latus dextrum; foemina motus foetus modo altius, modo inferius percipiebat. Ostium uteri adhuc aliis atque postrorsum erat situm, sed jam adeo erat apertum, ut per membranas una extremitatum atque

corpus teres satis mobile percipi posset. Videbantur nates praeviae, atque dorsum in latere sinistro antrorsum positum. Matutino tempore die 11 Aprilis primo frigore, dein calore, et tandem sudore foemina corripiebatur, ita ut de febris praesentia nullum dubium superesset. Dolores praesentes febrim comitantes, absque ullo dubio dolores ad partum erant. Quum illam explorarem, mihi patuit ostium uteri profundius in pelvim descensum fuisse. Omnia, quae paucis diebus ante percipiebam, evanere. Partus more solito procedebat, ita ut vespertino tempore hora 7^a ostium uteri jam admodum esset dilatatum, membranae quam maxime essent tensae. Digito exploranti caput praeivium patuit, et quidem cum sutura sagittali in diametro obliqua prima (positio prima).

Hora 8^a. Dolores accrescunt, membrana Amnios magis magisque extenditur, donec rumpitur, copia liquoris effluentis perexigua. Caput profundius in pelvim descendebat. Funiculus minor infra symphisin ossium pubis sese posuit, et ope doloris intensioris foetus nascebatur. Funiculus umbilicalis ter circa collum erat volutus.

Contractio uteri satis bene perficiebatur, ita ut placenta facile dimitteretur.

Die 12 Aprilis. Noctu et adhuc (matutino tempore hora nona) dolores post partum aderant multi. Abdomen parumper erat sensibile, eo attamen tantum momento quo, dolores surgebant; pulsus erat satis frequens, parumper oppressus. Lingua admodum obsessa, sapor amarus, sordidus, nausea aderat; aegra semel parvam quantitatem materiae biliosae evomuit; alvum semel posuit normalem non copiosam. Mammae parumper intumuerant, lochiarum excretio regularis. Praescribebatur

℞. Fruct. tamarind. unc. i
 coq. c. aq. q. s. ad col. unc. viii
 adde
 Extr. graminis unc. i
 Sulphat. magnes. dr. ii.
 m. d. s. o. h. c.

Die 13 Aprilis. Nox inquieta fuit. Mane pulsus debito frequentior (100 ictus in quovis minuto), lingua minus erat obsessa, nausea abiit, appetitus nullus, circa horam decimam stadium frigoris satis diu protractum, dein caloris intravit, et per totum vespertinum tempus aegra sudabat. Abdomen totum per diem semper fuit sensibile; attamen aegra pressionem validiorem melius ferebat quam leviolem. Querebatur aegra de doloribus brachiorum et pedum, praecipue brachium dextrum dolebat, inquisitio hac de re instituta attamen nil docuit. Quum per diem saepius alvum liquidam viridescentem, atque noctu bis alvum posuisset, matutino tempore, aegram jussimus sese abstinere ab usu decocti Fruct. Tamarind.; praescripsimus jam mixturam cum Extracto Graminis, cui vespere guttulas duodecim Laud. liq. Sydenhami addidimus.

Die 14 Aprilis. Aegra nocte paullum dormivit, alvum non posuit, febricitabat mane parumper. Sapor ingratus perdurabat, ut etiam inedia. Dolor abdominis ope cataplasmatum impositorum totus evanuit. Facies erat tumida, respiratio brevis attamen non oppressa, tussis nulla, foemina erat anxia.

Metuentes, ne febris intermittens adesset, praescribebamus

℞. Sulphat. Chinin. gr. xii

solve in Acid. Sulph. dil. gtt. xii

adde

Laudan. liquid. Sydenh. gtt. xviii

aq. Commun. unc. v.

Hac solutione aegra per diem utebatur. Vespere conditio eadem, solummodo foemina sensum ingratum percipiebat post usum Sulphat. Chinin. Dolor brachii dextri perdurabat, symptomata externa hujus doloris nulla. Alvum per totam diem non posuit aegra. Quum autem timeremus, ne irritatio intestinorum nondum plane cessavisset, usus decocti Tamarindorum aut Julapii sensu strictiori nobis contraindicatus videbatur. Hanc ob causam pro usu interno durante noctu praescripsimus, acidi Muriatici dil. dr. β bene involutum.

Die 15 Aprilis. Somnus inquietus fuit, pluries aegra alvum liquidam coloris viridis posuit. Symptomata gastrica, quae paulisper cessaverant, novo quasi cum impetu redibant; facies et oculi collapsi, magnam exprimentes anxietatem; respiratio erat brevis, pulsus frequens, parvus, irregularis. In regione hypochondriaca dextra et in regione ligamenti uteri lati, pressione dolores oriebantur. Applicatione Hirudinum N^o. X ad locum dolentem, dolor plane evanuit. Vespere nobis narrabant foeminam per totam meridiem, postquam potu usa fuit, vomitasse et quidem magna quantitate. Vomitus hic, quo materies viridis amara evacuabatur, foeminam multum lassavit, atque doloribus praebuit ansam; magna vi, quo vomitus perficiebatur, materies evacuata sanguine

erat striata. Alvus non imminuerat atque ejusdem erat consistentiae ac naturae, pulsus frequens, irregularis, intermittens. Foemina sese morti proximam existimabat.

Matutino tempore, ut nausea et vomitus jam incipiens sisterent, saturationem leniorem cum Laud. liq. Sydenh. pro usu interno dedimus; pro potu decoct. alb. Sydenh. cum quantitate vini Rheni exigua.

Vespere decoctum album Sydenh. iteravimus et loco saturationis praescripsimus

℞. Extr. opii aquos. gr. iv

Pulv. gummi arab. dr. i

Syr. papav. rhoead. unc. β

aq. depurat. unc. ii β

m. d. s. o. h. c.

Post primi cochlearis usum vomitus jam sistebat, et postquam foemina tribus usa fuit cochlearibus, somnum inivit. Nox satis quieta illi fuit, interdum attamen deliravit, vomitus atque alvi profluvium non redierunt.

Die 16 Aprilis. Durante nocte foemina multum sudavit, conditione frui meliori se existimabat, alacrior erat atque spe sanitatem recuperandi ducebatur. Soporosa erat, facies praetermodum collapsa erat, sed oculi splendentes, loquela emendata erat, respiratio minus brevis, pulsus adhuc frequens et irregularis, sed gradu minori quam heri; per totam noctem nullam urinam emisit, sed circa meridiem copiosam limpidam evacuit. Antibrachium dextrum adhuc dolebat, cutis vero ibi rubrior, durior, et calidior observabatur; dolor in abdomine fere plane

evanuit, lingua minus est obsessa et humidior. Decoct. alb. Sydenh. cum vino Rheni iteravimus, et etiam praescripsimus

℞. Cort. peruv. fusc. unc. i
 coq. c. aq. q. s. ad colat. unc. viii
 adde
 Syr. cort. aurant. unc. i
 m. d. s. o. h. c.

Simul Emplastrum ex ung. Hydrarg. et Camph. depur. dr i alutae imposito, ad magnitudinem patinae, abdomini imponi jussimus. Esti post meridiem alvus, praecipue quoad consistentiam magis esset normalis, vespertino tempore attamen rursus ejusdem fit naturae ac antea. Nausea rediit, vomitus paululum materiae viridis evacuebatur, caeterum aegra bene sese habebat. Facies magis erat collapsa, pulsus quoad frequentiam idem sed minor. Abdominis intumescencia aderat nulla, sensibilitas ad latus dextrum eadem, brachii rubor abiit, sed dolor mansit, vomitus non rediit. Decoct. alb. Sydenh. iteravimus.

Die 17 Aprilis. Nocte aegra satis quieta fuit, illam matutino tempore debiliorem invenimus, interdum delirabat. Tendinum subsultus atque carphologia, cutis calida sudorifera, lingua minus erat obsessa atque humidior, sitis vehemens, pulsus minor, abdomen parumper intumescibat, sensibilitas fere nulla, alvum noctu bis posuit. Interdum nausea aderat, quam vomitus non sequebatur, sed nonnunquam singultus accedebat.

Iteravimus tum Decoct. album Sydenh. cum vino Rhen., tum Decoct. Cort. Peruv. fusc. Vespertino tempore conditio fere eadem, debilitas tamen major evasit.

Die 18 Aprilis. Mane foeminam moribundam invenimus, pulsum percipere non potui. Cutis sudore ardenti atque gelatinoso erat oblecta. Abdomen magis intumuit, atque percussione sonum edebat obtusum. Circa horam undecimam mortua est.

CADAVERIS SECTIO.

24^a Hora post mortem.

Externe venae trans cutem teneram admodum perlebant.

CAVITAS ABDOMINIS. Exsudata materies in cavitate peritonaei occurrit, cujus stratum in peritonaeo est depositum, quantitas humoris est 12 unciarum. Est spissus, non pellucidus, brunnei sive olivarum ad instar coloris; sibi ipsi relictus pars tertia tamquam sedimentum deponitur. Cellulas continet sine nucleis dilucidis, quae omnes in conditione transitus ad cellulas granosas s. acinosas (*Korrelzellen*) globulos continentes adipis versantur. Etiam globuli adipis occurrunt liberi.

Ovaria sunt rubra, dextrum valde tumidum, exsudata materie tectum plastica, stroma est infiltratum.

Vena spermatica admodum est dilatata, superficies interna, locis albidis paululum elatis est praedita. Sanguis fluidus ac profundioris est coloris.

Uteri volumen adhuc satis est magnum, et contractio imperfecta; in ostio uteri in et sub membrana mucosa plures enveniuntur sanguinis effusiones. Locus, ubi placenta adhaesa fuit, in parte posteriori fundi occurrit uteri, est laxus et villosus. Textura uteri mollis est. E sectione transversali patet venas adhuc esse dilatatas; Liquor e venis placentae olim oppositis expressus, coloris est abnormalis, ad purpuram inclinantis, albidis puris mixtus striis. Haec omnia minus perspicue in sanguine venarum reliquarum occurrunt. Ope microscopii in eo, granula primitiva, (*elementaire korreltjes*) globuli adipis minores, cellulae granulosae, atque cellulae epitheliales, corpusculis sanguinis bene formati interdum admixtis, conspiciuntur. Ad latus uteri dextrum, sub membrana serosa (et vasis lymphaticis?) quantitas puris exigua occurrit, in canaliculis quasi contenta.

Illo autem loco, ubi ovarium dextrum ad coecum est adpositum, coecum ipsum rubescit, atque pauca lymphae plasticae invenitur, quae alio loco non occurrit.

Hepar est molle.

Lien magnus et mollis.

Renes normales sunt.

CAVITAS THORACIS. Sanguis universe est fluidus atque purpurei coloris.

Cor est molle, paululum fibrini continet coagulati.

In pulmonibus tubercula in calcem conversa inveniuntur.

CAVUM CEREBRALE et MEDULLARE non aperta fuerunt.

CASUS SECUNDUS.

Maria de Haas, ex urbe *Groninga*, 19 annorum, constitutionis corporis robustae, atque temperamentum sanguinei, prima vice gravida, die 14 mensis Martii ad Tococomium Academicum venit, rogans ut sibi liceret ibi parere. Per omne tempus graviditatis semper sana fuit, motus foetus ad latus dextrum sentiebat, et pulsatio foetalis per totum abdomen, attamen ad latus sinistrum acutius percipiebatur.

Die 12 mensis Aprilis. Per aliquot dies dolores praesagientes sese interdum ostendebant. Uterus hisce fere non mutabatur, ostium vix erat apertum, atque valde postrorsum erat versum, ita ut quam difficillime tangi posset. Hora vespertina sexta haec positio fuit eadem.

Die 13 mensis Aprilis. Dolores magis magisque exsurgunt, atque quoad numerum augentur et diutius perdurant

(dolores praeparantes). Uterus nunc etiam mutationes subit majores, profundius in pelvim descendit, ostii apertura major fit, uteri parietes sunt teneri. Caput esse praeivium exploratio aperte docet.

Hora quarta et dimidia. Partus decursus tardus est, dolores validiores non exsurgunt, ostium uteri magis aperitur.

Hora quinta et demidia. Dolores vehementiores fiunt, membrana Amnios satis tenditur, quo ostium uteri bene aperitur.

Hora sexta et dimidia. Dolores intensiores fiunt, muscoli abdominis non amplius voluntate reguntur (dolores ad partum). Membrana Amnios tanta vi per ostium propellitur, ut rumpatur. Fonticulus minor ad latus sinistrum antrorsum est posita, sutura sagittalis in diametro obliqua prima versatur (positio prima), fonticulus minor tota antrorsum vergit, ostium uteri undique caput cingit.

Hora septima. Dolores conquassantes adeo sunt vehementes, ut foemina ex dolore repente surgat. Frons per perinaeum evolvitur et cito foetus sequitur totus.

Quamvis dolores ad secundinas gradu leviores essent, uterus attamen satis bene sese contraxit, qua contractione secundinae in vaginam propellebantur, et facile amovebantur. Foemina sese satis bene habuit, pulsus autem magis erat frequens.

Per sex dies primos partum sequentes (*ab. 13 usque ad 18 Aprilis*) conditio foeminae satis bona fuit, lingua erat pura, appetitus bonus, cephalalgia non aderat; secretio lactis abundans, atque lochiarum profluvium copiosum et regulare. Attamen pulsus parvus erat et

magis frequens (100 ictuum numerum in quavis superabat minuta). Postea querebatur de doloribus per totum abdomen, praesertim in regione umbilici praesentibus, attamen hi dolores non perdurant, dum pressio etiam validior aequae bene fertur, imo ipsa levamen adfert. Alvus jam statim post partum liquida et frequens erat, primo coloris foecalis, dein viridis, postea coloris flavi. Primo utebatur Extr. Graminis cum mucilagine Gummi Arab. cui, propter alvi frequentiam, Laudanum liq. Sydenh. primo addidi, dein Saleb. cum Opio, at sine ullo eventu.

Die 19 Aprilis. Aegrae conditio deterior fit, dolorosa est, quamvis dolor pressione non augetur, vero applicatione fasciae abdomen fortiter cingentis plane tollitur. Lingua parumper est sicca et obsessa, sitis major, appetitus fere nullus, pulsus adhuc est frequens, alvi profluvium non imminuit; ad eum stringendum Hirud. med. N^o. VI ad vulvam applicavimus (quia uteri volumen debito erat majus), quae postea sanguinem copiosum emittebant, quo diarrhoea statim sistebat. Pro usu interno propter intestinorum sensibilitatem praescripsimus

℞. Pulv. rad. Ipecac. gr. ii.

Merc. dulcis.

Extr. opii aquos. āā gr. i.

Pulv. gumm. dr. ii.

m. f. pulv. aeq. N^o. xii.

d. s. o. h. p.

Die 20 Aprilis. Conditionem aegrae eandem invenimus, dolor modo paululum imminuit, pulsus attamen frequens, facies nunc magis erat collapsa.

Die 21 Aprilis. Noctu bis alvum posuerat, matutino tempore abdomen sensibilius erat, dolor pressione tamen non augetur. Hirud. med. N^o. VIII ad genitalia apposuimus, atque pulveres iteravimus. Circa meridiem pulsus parumper fortior erat, sed abdomen in regione uteri sensibilius. Lactis secretio satis bene pergit, appetitus aderat nullus, sitis vehemens. Ad locum dolentem Hirud. N^o. VI. applicavimus.

Die 22 Aprilis. Mane abdomen paulisper intumuit, atque manifesto magis dolorificum fuit. Interdum materiem viridescentem vomuit, sitis erat vehemens, facies magis collapsa, alvum liquidam flavescentem pluries posuerat; pulsus erat parvus, frequens, manus parumper intumescabant. Curatio constabat Hirud. med. N^o. XII ad abdomen cum sanguinis emissionem postea larga, et

℞. Dec. alb. Sydenh. unc. xii.

aq. Chlorii unc. β.

d. s. o. h. dimid. c.

Vespere pulsus paululum fortior erat, sensibilitas hirudinibus applicatis non imminuta, vomitus et diarrhoea sistebant. Hirud. med. N^o. VIII. rursus ad abdomen apposuimus, atque Decoct. alb. Sydenh. iteravimus. Infans ad mammas appositus, bene lactabat. Paucis horis post foemina sudabat, tamen non calida erat, et quum sensibilitas non imminueretur, praescripsimus

℞. Mercurii dulc. gr. vi.

Extr. opii aquos. gr. iii.

Sacchar. albiss.

Pulv. gummi arab. āā dr. i.

m. f. pulv. aeq. N^o. xii.

d. s. o. h. p.

Die 23. Aprilis. Per totam noctem foemina inquieta fuit, matutino tempore magis erat collapsa, abdomen semper intumescebat, atque sensibile erat. Vesicatorium satis magnum ad abdomen applicabatur, et pro usu interno dedimus

℞. Pulv. gum. arab. unc. i.

Olei Terebint. scrup. i.

aq. depurat. unc. viii.

Syr. Simpl. unc. i β.

d. s. o. h. c.

Collapsus magis magisque augetur, simul anxietates vehementes oriuntur, ita ut foemina circa horam primam animam efflaverit.

CADAVERIS SECTIO.

48^a *Hora post mortem.*

CAVITAS ABDOMINIS. In cavo isto materies exsudata invenitur. Supra membranam serosam materies majoris occurrit consistentiae, quae dorso cultri facile amovetur.

Uterus erat mollis, ad utrumque latus pus occurrit, in canaliculis quasi contentum; vasa sanguine erant impleta, globulos puris, cellulas granulosas, adipem et cellulas epitheliales continenti. Ligamenta uteri admodum erant rubra, venae ibi impletae erant; plexus pampiniformis impletus erat, tumidus, praecipue ad latus dextrum.

Hepar laxum est, intra hepatis cellulas materies granulosa atque globuli adipis occurrunt; cellulae ipsae non multum continent adipis.

Bilis globulos adipis liberos continet.

Lien admodum mollis et permagnus est. Pulpa corpuscula sanguinis continet, porro globulos puris, globulos adipis, sed parva quantitate, complures cellulas elongatas, nunc in massis adjunctas, nunc incurvatas, aut circuli ad instar in se met ipsas volutas, cum nucleis ovalibus praeditas quasi ad superficiem cellulae externam appositis. Verosimile cellulae, quas Kölliker diu cellulas fibrosas (cellulas musculares) (*vezelcellen*, *spiercellen*) habuit.

Renes sanguine erant perfusi, atque cellulas fibrosas, cellulas granulosas atque globulos continebant adipis.

Tractus intestinalis quantitatem mucii sordidi magnam continebat.

CAVITAS THORACIS. In corde et in arteria aorta, coagula mollia, partim grisea, partim rubra inveniebantur.

Pulmones quam maxime rubore suffusi coloris abnormalis non circumscripti erant, magna copia mucii sordidi sanguinolenti in bronchiis aderat. Mucus ille globulos adipis, cellulas granulosas, granula elementaria, et corpuscula sanguinis aggregata adhaerentia continet.

CAVITAS CRANII. Vasa cerebralia admodum impleta erant, in minoribus sequelae aneurismatum spuriorum inveniebantur, ut illas Kölliker describit. Caeterum conditio erat normalis.

CAVUM MEDULLARE non apertum est.

Indagatio microscopica in sanguine venarum et arteria-

rum diversarum haecce docuit de elementis morphologicis (vid. Nederl. Lancet 2^{de} series 6^{de} jaargang pag. 27 Sq. Pl. I Fig. II, III.)

1°. Corpuscula sanguinis colorata solita, adspectu erant turbida, laxiora, plerumque in massis (non in cylindris) aggregata. Aquâ additâ, statim pallidiora fiebant, atque in stratum dispergebantur, intra quod globuli adipis minutissimi, oculo conspicienti sese offerebant. In venis uteri, atque in nonnullis pelvis, haec quantitate quam maxime imminuta erant, et in nonnullis guttulis sub microscopio investigatis vix illorum vestigium superfuit.

2°. Corpuscula sanguinis incolorata. (Cytoide körperchen) per magna aderant quantitate, ita ut nullus adesset sanguis, in quo uno in microscopii plano minus quam 30 saepius 50, 80, 150, imo ipsa quantitate majori quam corpuscula sanguinis colorata conspicerentur; multis in locis aggregata erant. Plurima nucleum continebant, aquae additione preclare adspectui sese offerentem, atque acido acetico addito sese dispargentem. In nonnullis vix pauca adipis puncta conspiciebantur; alia fere in cellulas granulosas transierant, et divisioni proxima erant.

3°. Materies quam minutissime granulosa, sine ullo dubio originem a cellulis granulosis divisis ducens.

4°. Globuli adipis magna quantitate atque diversissimi quoad magnitudinem; nonnullos oculis liberis conspiciere licebat, et ab hisce variae magnitudinis usque adeo minutissimae reperiebantur. Adeps praecipue supra parietes et venarum et arteriarum erat positus. Nusquam aberat. Quando vas aliquod sanguine erat depletum, atque paries internus humidus ex coeruleo purpureus

vitro imprimebatur, tunc globuli adipis prae caeteris elementis morphologicis praevalebant. Sine ullo dubio, tum adeps, tum materies granulosa originem pro parte coepit a cellulis granulosis depletis. Utrum vero omnis adeps praesens eodem modo orta sit, atque globuli adipis majores e confluxu minorum formati sint, nec ne? ipsi viro clarissimo Donders adhuc dubium videtur.

5°. Cellulae vasorum, imprimis venarum, epitheliales. Hae ubique aderant tum in venis, tum in arteriis. Multis in locis insigni aderant quantitate, ita ut inter caeteras formas ad 200 in plano microscopii occurrerent. Minori quantitate quam 20 ad 30 usque raro inveniebantur. Plurimae solitariae, paucissimae inter se conjunctae erant. Quam facillime vi leviori, ab omnibus venis, magnam cellularem ejusmodi epithelialium auferre licebat quantitatem. Arteriis vero fortius adhaerebant.

Coagulum griseum in aorta praesens, maxima parte e cellulis puris, (cum parvo transitu ad cellulas granulosas), fibris-fibrinosis, et subtili materie granulosa, cellularum epithelialium numero minori, et parca adipis quantitate constabat. His in locis fibrae-fibrinosae numero superant, in illis vero cellulae puris. Formas elementares harum ultimarum perspicue observare non licuit.

Coagulum rubrum praeterea corpuscula sanguinis colorata continebat.

Indagatio microscopica lactis, e mastis harum duarum foeminarum expressi, nil praeternaturale docuit, quod hujus morbi symptomatibus respondere posset.

CASUS TERTIUS.

Catharina van den Heuvel, 25 annorum, prima vice gravida, temperamenti nervosi, die quarta mensis Martii ad Tococominum Academicum venit. Durante graviditate semper sanitate gavisa fuit optima. Matutino tempore diei 28 mensis Aprilis, parumper dolorifica in Tococomium recipiebatur. Inquisitio externa docuit abdomen fere esse cylindricum, pulsationem foetalem ad latus sinistrum auditu esse percipiendam, susurrum uterinum vero ad latus dextrum. Exploratio interna, ostium uteri adeo alte et postrorsum situm ostendit, ut tactu esset difficillimum. Jure dici potuit, partum non instare.

Vespere hora sexta conditio eadem fuit.

Die 29 Aprilis. Mane circa horam quartam auxilium meum imploravit. Adveniens mutationes majoris momenti non inveni, solummodo dolores quoad intensitatem aucti erant.

Die 30 Aprilis. Uterus paulo profundius in pelvim descendit, ostium admodum laxum, paululum apertum est. Per noctem diei primi m. Maji, semper fuit dolorifica et inquieta.

Matutino tempore circa horam decimam dolores intensiores fiunt et celerius succedunt, ostium uteri magis aperitur, membrana Amnios sensim sensimque tenditur. Quum foemina intra duos dies alvum non posuisset, et rectum faecibus esset impletum, clyisma applicari jussi, quod alvus copiosa secuta est.

Partus quam tardissime procedit. Hora 12, membrana Amnios jam rupit, attamen copia liquoris effluxi parca erat; de capite, tamquam parte praevia nullum superest dubium. Dolores, minores, debiliores fiunt. Foemina in somnum quam maxime est proclivis. Haec conditio per totum diem perduravit. Brevi ante medium noctis dolores intensiores fiebant, et etsi cum doloribus conquassantibus comparari non possent, foetus attamen nocte diei secundi m. Maji nascebatur.

Uterus satis bene contrahebatur, placentae avulsio facillime perficiebatur.

Puerperam statim bene mundari, atque genitalia externa cum aqua Chlorii lavari jussi; pro usu interno Emulsionem Amygd. dulc. cum Aq. Chlorii dedi, et paulo post injectionem feci, ex decocto Furfurum et Aq. Chlorii paratam.

Per totum diem febricitaverat. Vespertinum tempus versus, febris vehementior erat, appetitus bonus erat, sic etiam sapor; lochiarum secretio copiosa et fortiter odorans. Attamen inquieta, et abdomen sensibile erat, sed postquam nocte lochiarum profluvium copiosius fuit,

et nonnulla sanguinis coagula expulsa erant, dolores abdominis cessabant.

Die 3 Maji. Puerpera bene sese habet, appetitus bonus, lactis et lochiarum secretio normalis, pulsus minus frequens; solummodo querelas fert de genitalibus externis dolentibus, hae partes etiam tumidae et paulisper inflammatae erant.

Diebus 4 et 5 Maji. In conditione eadem versatur foemina, dolorem nullum nisi genitalium percipit, lingua normalis, quamvis appetitus imminuerit, pulsus antea minus frequens, versus diem 5 Maji frequentior fit.

Die 6 Maji. Matutino tempore nullam inveni mutationem, frequentia pulsus eadem; versus meridiem puerpera querebatur de doloribus vagis in abdomine. Quum vespere foeminam conspiceremus, illam anxiam, loquacem, atque de doloribus in regione hypogastrica, pressione leviori aegentibus querentem invenimus, pulsus admodum erat frequens. Ad aliud cubiculum illam vehi jussimus, atque prudentiae causa Hirud. med. No. X ad locum dolentem applicavimus, hae bene sugebant, atque postea multum sanguinis emittebant. Cum hora vespertina decima et dimidia ad aegram veniebamus, aegrae conditionem in pejus ruisse nobis patuit; tatum abdomen nunc adeo erat sensibile, ut tactus ipse levissimus non ferretur, pressio validior attamen minores causat dolores, quam levior. Abdomen praecipue in parte media materie gaziformi intumescit, pulsus admodum est frequens et suppressus; foemina valde inquieta est et fere semper clamat, praesertim quum dolorum accessus redeunt. Alvum liquidam pluries inscia posuerat, lingua est sicca, et ex flavo colore obsessa. Vesicatorium ad

patinae minoris magnitudinem abdomini imponi jussimus ,
atque pro usu interno praescripsimus

℞. Opii puri gr. iii.

Sacchar. albiss. dr. i.

m. f. pulv. aeq. N^o. vi.

d. s. o h. dim. p.

Omnes hos pulveres assumsit, sed modo per unam horam
postquam ultimo usa fuit, somnum cepit.

Die 7 Maji. Hora quarta et dimidia somnum cepit,
atque ad horam septimam usque, arcto somno devincta
fuit, atque simul copiose sudaverat. Adveniens abdomen
non valde tumidum inveni, molle vero et dolorum
expers, pulsus quidem frequens erat, sed satis fortis,
sapor fatuus erat, lingua obsessa non vero sicca, sitis
satis magna, cephalalgia nulla, lactis ac lochiarum
secretio satis bona, foemina bene sese habet, ita ut dicat
se e lecto surgere posse. Pulveres sequentes praescrip-
simus, atque mixturam de aqua Chlorii iteravimus.

℞. Opii puri gr. ii.

Sulphat. Chinin. gr. viii.

Sacchar. albiss. dr. i β.

m. f. pulv. aeq. N^o. viii.

d. s. o. h. p.

Vespere pulsus minus erat frequens et satis evolutus,
dolores nulli praeter illos ad genitalia externa; foemina
non multum dormivit, urinae secretio copiosa fuit,
vesicatorium tolli jussimus, epidermis jam soluta fuit.

Alvum liquidam flavam semel nunc posuit. Iterantur pulveres de Opio atque Sulphate Chininae, sed administrandi ratio ita mutatur, ut quovis bihorio pulverem assumeret.

Die 8 Maji. Nox satis fuit quieta, conditionem mane satis optatam invenimus, dolores in abdomine nulli, lingua magis erat obsessa atque sicca, sitis aucta, appetitus fere nullus. Reliquis tum pulveribus atque mixtura cum Aq. Chlorii utebatur. Vespere dolores intensiores fiebant, aequae ut pridie vesperi, nunc dolores praesertim ad latus sinistrum pressione augebantur. Hanc ob causam ad hoc latus vesicatorium magnitudinis palmae manus applicavimus, et pro usu interno praescripsimus

℞. Opii puri gr. ii.

Sacch. albiss. scrup. ii.

m. f. pulv. aeq. N^o. iv.

d. s. o. h. p.

Pulsus frequentior sed multo minor erat.

Die 9 Maji. Nocte somnum aliquando nacta est. Mane hora octava quidem dolorifica erat, sed non adeo ut heri, abdomen paululum tumet, sed percussione ubique edit sonum tympaniticum; urinae secretio normalis est, urina limpida flava, appetitus nullus, lingua nunc satis obsessa, sitis vehemens. Congestio capitis non adest, facies semper est pallida et paulisper collapsa; respiratio libera est, sed inspiratione validiori dolores abdominis augentur, pulsus adhuc frequens est, sed satis evolutus. Quum intra 2½ horas alvum non posuisset, clyisma ex Decoc. Furfur. et Melle paratum applicari

jussimus, quod post horam et dimidiam alvus secuta est coloris normalis; pro potu praescripsimus

℞. Decoct. alb. Sydenh. unc. xvi.

Acid. Hydrochlor. dil. dr. i.

Syr. pap. Rhoead. unc. i.

et simul.

℞. Cort. Peruv. fusc. unc. i.

Coq. c. aq. q. s. ad col. unc. viii.

adde

Olei Terebint. dr. i.

Mucil. gumm. Arab. unc. i.

Sacch. albiss. unc. β.

m. d. s. o. h. c.

Vespere audivi aegram adhuc bis alvum posuisse, lingua minus erat obsessa, dolores imminuti erant, praesertim postquam foemina durante meridie copiose sudaverat. Medicamina praescripta bene feruntur; Iteratur Decoct. alb. Sydenh. Abdomen magis tumet quam mane, sed non durum aut tensum, percussione ubique sonus est tympaniticus, pressione dolor non oritur; pulsus adhuc frequens sed non parvus. Nausea nondum apparuit.

Vesica, vesicatorio producta, scinditur atque ad locum denudatum Unguent. Thymel. apponitur; nocte appropinquante dedi gr. β acet. Morphii.

Die 10 Maji. Nox quieta fuit, pluries puerpera alvum posuit, ultima vice materies liquida faecibus majoris consistentiae erat mixta. Mane abdomen multo minus tumidum erat atque fere non dolorificum, dolores vagi

abdominis etiam fere abierant; facies plane est quieta, foemina mentis alacris, lingua adhuc est obsessa, sed non adeo sicca; pulsus satis bene evolutus sed semper frequens. Abstinere eam a Dec. Peruv. cum Oleo Tereb. jussimus, pergatur aegra cum Dec. alb. Sydenh. cui modo dr. β acid. Hydrochlor. dil. additur.

Vespere. Conditio eadem mansit, frequentia pulsus major, lingua minus erat obsessa; ter alvum ejusdem naturae ac supra posuit, genitalia externa non amplius tumida erant, sed hodie et heri copiose suppurabant. Quum foemina minus esset quieta, gr. β acet. Morphii rursus praescripsimus.

Die 11 Maji. Nox quieta fuit, pulsus mane minus erat frequens, lingua minus erat obsessa atque sapor minus ingratus, abdomen non dolet, nisi in eo loco, ubi vesicatorio epidermide denudatum est. Noctu alvus nulla, abdomen non amplius tympaniticum, sed aliquid exsudatae continere videtur materiae; urina durante noctu secreta profundioris erat coloris et parumper turbida. Decoct. Cort. Peruv. cum Oleo Tereb. iteravimus, ita ut quovis bihorio cochlear assumeret; Dec. alb. Syd. etiam praescripsimus.

Vespere. Aegra de palpitationibus cordis querebatur, attamen nil morborum invenimus, pulsus mane paulo erat frequentior, appetitus fere nullus, abdomen non dolorificum est, aliquando alvus ejusdem naturae ac supra evacuatur.

Die 12 Maji. Post usum gr. β acetatis Morphii nox quieta fuit. Matutino tempore facies non anxiosa, pulsus minus erat frequens sed debilior, dolores abdominis adsunt nulli, apex et margines linguae normales, in media parte tamen paululum est obsessa, urina pro-

fundioris est coloris atque aliquantulum sedimenti mucosi continet. Cum medicaminibus praescriptis pergere eam jussimus. Quum alvi profluvium etsi ejusdem consistentiae augere incepisset, usum Dec. Cort. Peruv. cum Oleo Tereb. aegrae interdiximus; Solummodo Dec. alb. Sydenh. utebatur.

Vespere. Praeter pulsum magis frequentem conditio eadem.

Die 13 Maji. Noctem degerat aegra quietam, pulsus minus erat frequens, linguae conditio eadem quae heri, abdomen molestum non fuit; interdum tussit, sed respiratio plane erat libera, noctu bis alvum posuerat, appetitus satis bonus (juscule usa est.)

℞. Dec. alb. Sydenh. unc. xvi.

Sacch. albiss. unc. i.

d. s. o. h. c.

Quum vespere audiremus aegram pluries alvum copiosam limpida, coloris viridescens posuisse, cum doloribus comitatam, praescripsimus

℞. Rad. Columb. unc. β.

Coq. c. ac. q. s. ad colat. unc. vi.

adde

Laud. liq. Sydenh. gtt. xviii.

Sacch. alb. unc. i.

d. s. o. h. c.

Die 14 Maji. Noctu alvi limpidi, flavi coloris profluvium adfuit, caeterum condito eadem; pulsus tamen paulo frequentior et parvus erat. Iteret. Dec. rad. Columbo, pro potu praescribitur

℞. Dec. alb. Sydenh. unc. xvi.

aq. Chlorii. dr. ii.

Vespere. Alvus adhuc frequens. Iteret. Dec. rad. Columbo.

Die 15 Maji. Nocte alvus frequens fuit, exinde insomnium, caeterum conditio non deterior, pulsus magis evolutus erat, animus alacer. Nutrimento eupepto atque jusculo carnis utebatur, medicamine decoctis antea praescriptis.

Vires non collabuntur, ita ut aegra sine auxilio exurgere possit, secretio lactis modica pergit. Genitalia externa adhuc copiose suppurant, quum haec suppuratio nobis derivatio videretur, ad munditiem illorum modo respectum habuimus.

Die 16 Maji. Per noctem alvus rursus fuit copiosa, caeterum conditio non pejor facta est. Ope medicaminum sequentium alvi profluvium imminuit.

Iteret. Dec. Colub. Omitt. Laud. liq. Sydenh.

℞. Extr. Opii aquos.

Pulv. rad. Ipeac. āā gr. ii

Sacch. albiss. dr. ii.

m. f. pulv. aeq. N^o. XII.

d. s. o. h. p.

Quum alvum per totum diem non posuisset, ab usu pulverum abstinere illam vespere jussimus, atque Decoct. rad. Columb. iteravimus.

Die 17 Maji. Post noctem satis quietam, in qua bis modo alvum posuerat, mane quater brevi in tempore

alvum deposuit; matutino tempore conditionem purperae eandem ac heri invenimus, attamen pulsus paulo debilior erat et paulisper frequentior. Pulveribus vi de Ipecac. cum Opio, qui supererant, uti jussimus, Dec. alb. Sydenh. cum aq. Chlorii iteravimus ac praescripsimus

℞. Cort. Peruv. fusc. unc. i.
 coq. c. aq. q. s. ad Colat. unc. x.
 adde
 Syrup. commun. unc. i.
 d. s. o. h. c.

Vespere. Per plures horas alvum non posuerat, febris aucta erat, pulsus frequens, cutis calida paulisper sudorifera; appetitus hodie imminuerat, etiam aversio a Decocto albo Sydenh. cum aq. Chlorii oritur.

Die 18 Maji. Nox satis quietata fuit, pulsus minus frequens erat, alvum bis posuit, dolores abdominis nulli; facies magis collapsa, etiam vires decrescere videntur. Decoct. Cort. Peruv. iteravimus atque pro potu praescripsimus

℞. Decoct. Alb. Sydenh. unc. xvi.
 Vini Rheni unc. iv.

Per diem alvi positio frequentior erat. Iterabantur pulveres ut heri, quorum usu alvus mox sistebat.

Die 19 Maji. Matutino tempore pulsus frequentior erat, cutis calida, sudans, facies magis collapsa, oculi aliquanto latentiores erant; foemina debilior, etsi pulsus non parvus esset; abdomen non dolebat. Decoct. Cort. Peruv. iteravimus, sic etiam Dec. album cum vino

Rheni, et pulveres de Ipecac. et Opio, ea tamen ratione, ut quovis bihorio pulverem sumeret. Diaeta eadem mansit (jusculum carnis, ova, pultamentum).

Vespere. Alvus nulla.

Die 20 Maji. Noctu, somnus satis quietus fuit, et alvum non posuit (quam ob causam noctu pulveribus usa non fuit). Abdomen semper adhuc tumet, praesertim materia gaziformi intestinis contenta; materies exsudata liquida excessisse videtur, sed in media abdominis parte supra symphysin pubis indurationem ad manus latitudinem sese extendentem, (ut jam aliquod diebus ante sed minus perspicue) manu prementi sentire licuit; pressione validiori eo in loco dolor oritur. Suppuratio genitalium externorum imminuit, pulsus nunc aequae ac heri minus erat frequens et parvus, caeterum conditionis mutatio nulla. Usus Decoct. Cort. Peruv., et Dec. albi Sydenh. cum vino Rheni pergere illam, sed a pulveribus abstinere jussimus.

Alvi profluvium tamen non diu sistit; vespere audivi brevi tempore nonies alvum possuisse, quam ob causam pulveres commemoratos administravi. Memorabile fuit, nunc, ut jam quater antea, duobus assumtis pulveribus, alvum sistere.

Die 21 Maji. Aegra noctem satis quietam degit, mane nulla conditionis mutatio aderat, alvus non redierat, hanc ob causam pulverum usum imminui; caeterum medicatio eadem manet. Lactis secretio sensim sensimque imminuta, jam nulla est. Urina profundioris est oloris, color iste profundior tribuendus solummodo videtur, saturationi urinae majori, quae sudoribus copiosis producta erat. Sudores quidem quam maxime, usus Ipec.

et Opii effectus, sed etiam temperaturae calidioris hujus temporis.

Vespere. In eadem versatur conditione, alvum non posuit.

Die 22 Maji. Noctu multum sudavit sed semel alvum posuit, pulsus frequentia eadem, lingua aliquanto magis obsessa est, appetitus minor, per diem interdum alvum posuit, quam dolores abdominis satis vehementes comitantur, dolores illi pressione non augebantur. Induratio in abdomine persentienda, sese ad latus umbilici dextrum altius extendit, atque manu cingi potest; de fluctuatione, in abdominis inquisitione nil patet. Foemina antea mentis alacris, nunc animi est depressi.

Cum medicaminibus praescriptis eam pergere, atque ad locum induratum Unguentum sequens apponi jussimus.

℞. Ungent. Hydrarg. unc. 1.

Joduret. potassii dr. 1.

m. f. ungt.

Die 23 Maji. Alvi profluvium imminuit, caeterum conditio eadem erat ac heri.

Die 24 Maji. Pulsus minus est frequens, appetitus auctus est, alvum e materia brunnea consistentem bis deposuit; genitalia externa sanata sunt. Decoct. Alb. Sydenh. omisimus, modo praescripsimus.

℞. Cort. Peruv. fuscii unc. 1

coq. c. aq. q. s. ad col. unc. viii.

adde

Extr. Graminis unc. i.

m. d. s. o. h. c.

Die 25 Maji. In conditione satis bona versatur aegra, somnum noctu inivit profundum, atque semel alvum majoris posuit consistentiae, pulsus minus erat frequens, sapor et appetitus meliores, labia sicca, tumida et dolorifica erant; (hunc in finem Syrup. Violor. administravimus) abdomen non amplius dolet, sed induratio eadem. Infrictiones cum Ungent. commemorato atque Decoct. Cort. Peruv. cum Extr. Graminis iterari jussimus.

Diebus 26 et 27 Maji. Aegrae conditio satis fuit bona, somnus quietus fuit, pulsus sensim sensimque accrevit, et praecipue matutino tempore minus est frequens, mens alacrior est, lingua humida, media in parte parumper obsessa, sapor fatuus, labia adhuc tumida, sicca dolorifica; alvus normalis erat (semel de die) cutis modice calida, interdum sudans, sed multo gradu minori. (Animum hic attendamus oportet ad temperaturam minus calidam, et pulverum de Ipecac. et Opio usum prohibitum.) Abdominis intumescencia nunc est exigua, universe imo eo ipso loco, ubi induratio semper adest, non dolet. Jam satis constat hic materiam exsudatam coagulata adesse, symptomata enim non adsunt, e quibus ad abcessus formationem concludendum esset. Ex surditate porro soni percussione editi, atque symptomatum in intestinis absentia morbum indicantium fere patet, intestina cum abdominis pariete non concrevisse. Aegra queritur de doloribus in pede dextro ad suram, (ubi nil visui, aut tactui abnormale sese offert) et debilitate. Decoct. Cort. Peruv. cum Extr. Gramin. iteratur, atque usum duorum vini haustorum de die praescribitur.

Diebus 28-30 Maji. Aegrae conditio semisim semisimque in melius mutatur, praecipue matutino tempore

pulsus minus est frequens, appetitus satis bonus. Aegrota interdum e lecto sine damno surgit; abdomen non dolet, circuitus loci indurati paululum immittit. Alvus tarda, et lingua magis erat obsessa; quam ob causam demum die 28 Maji clyisma emolliens applicari jussi. Quum alvum modo parcam cieret, die 30, Decoct. Peruv. fuscis, Tinct. Rhei aquos. unc β addidi.

A 1^o ad 6^{um} mensis Junii diem usque puerpera satis bene sese habuit, pulsus matutino tempore parum acceleratus est, lingua adhuc erat obsessa; alvus sub usu protracto Dec. Cort. Peruv. cum Tinct. Rhei aq. normalis, appetitus satis bonus. Lactis secretio, sed non copiosa iterum incipit. Induratio in abdomine etsi non dolorifica fere eadem mansit; vires sensim accrescunt, etsi foemina adhuc emaciata sit. Jam antea querebatur de doloribus in pede dextro, praesertim ad suram, et extremitatis tibiae superioris latus internum, dolor hic nuperrime auctus fuit, et etiam in pede sinistro, etsi gradu leviori adest. Extus nihil apparet, sura pressione non dolet, nisi loco ad tibiam commemorato, locus iste dolens amplitudinem habebat duorum centimetrorum. Dolores hi foeminam ambulare prohibebant; hanc ob causam ad latus tibiae internum pedis dextri, et postea pedis sinistri, vesicatorium elongatum applicavimus, quibus dolor imminuit. Die 6 Junii aegrota non sine dolore, sed multo facilius ambulavit; suppuratio vesicatoriis producta promovebatur. De causa, ex qua dolores oriuntur, nil nobis certe constabat; sese per totam suram ad pedem usque extendebant, atque atoniae musculorum surae ansam praebebant.

A die 7 ad 14 mensis Junii usque. Conditio universe

semper emendata est, appetitus, somnus, alvus, normales, pulsus semper paululum debito frequentior est, et induratio in abdomine, quamvis parumper imminuta, semper insignis; dolores e pedibus plane abierunt, foemina melius ambulare potest, pedes paululum oedematosi, tumidi, urinae secretio attamen normalis est; lactis secretio parca fuit. Ad diem 12 hujus mensis usque Decoct. Cort. Peruv. semper usa fuit, sed propter aegrae anaemiam, palpitationes cordis e causa mere nervosa repetendas, et palliditatem, Sub. Carb. Ferri praescripsimus, et primo quidem ad dosin granorum 9 de die.

Propter ferias aestivas, mihi non amplius licuit aegram observare; satis sit verbo notasse conditionem ita esse emendatam, ut subito (dum semper ferro usa fuit) sanitate fruens optima, Nosocomium reliquerit Academicum.

EPICRISIS.

Nunc ad morbi ipsius conspectum transeo, respectu habito morborum casuum supra commemoratorum.

Causa, ex qua morbus hic ortum duxit, mihi plane ignota est. Multi viri docti, ut hypotheses suae veritatis adspectum referrent, auxilium a causis atmosphaericis petiverunt, et hoc ex fonte diversissimas, imo sibi quam maxime contrarias, hauserunt opiniones. Nonnulli conditionem atmosphaerae hygrometricam perversam, scilicet aerem nimis humidum aut siccum, morbi causam accusant. Fuerunt etiam, qui morbum ex temperatura nimis frigida, aut calida oriri opinarentur, prouti una aut altera atmosphaerae conditio apud morbi originem praevaleret; quin etiam tensionem electricam mutatam causam habebant. Quenam harum vera sit opinio, ex morbi praesentia diversissimis sub conditionibus me iudice quam luculentissime patet, morbi causam veram, definitam adhuc esse ignotam.

De contagio hujus morbi majori aut minori plurimi medicorum eodem modo dissentiunt; permulti medici contagium perverse negare videntur. Nonnulli viri docti antiquiores, *Sonderland*, *Armstrong* etc., morbum esse contagiosum dicunt. *Rob. Gooch* (1) nonnulla refert exempla, quae morbi contagium etiam per vestimenta aut instrumenta praeclare docent. *Elliot* et *Cederschjöld* (2) opinabantur febrem puerperalem ab homine sano in puerperam transferri non posse; sed *Nerman* (3) contrariae est opinionis: dicit nempe homines artis obstetriciae peritos morbum in alios posse conferre, quae opinio tam ab illo, quam ab aliis multis illustrata est exemplis. Medicus quidem morbum alii communicavit foeminae, ope catheteris, quo brevi antea vesicam puerperae febre puerperali correptae deplevisset. (4)

Berndt (*krankh. der wöchnerinnen* pag. 96) sequentia dicit. »Eine Wöchnerinn, die als Schwangere längere Zeit im Gefängniß gesessen hatte, wurde in einem elenden, cachektischen Zustande in die Anstalt gebracht. Sie wurde leicht und glücklich entbunden, aber am dritten Tage nach der Entbindung von einer Endometritis und Peritonaeitis ergriffen, die nach Ausweis der Section einen Septischen Charakter trugen. Von dieser

(1) Ueber einige der wichtigsten Krankheiten, die den Frauen eigenthümlich sind. Nebst einer Abhandlung u. s. w. Aus dem Engl. 1850. 8.

(2) *Ars berättelse om Svenska Läkare Sällskapets Arbeten af 1850* (conf. *Meissner* pag. 695.)

(3) *Ars berättelse etc. 1850* (conf. *Schmidt's Jahrbücher* supplem. Band III s. 221.)

(4) *Meissner die Frauenzimmerkrankheiten* 1846 pag. 694.

»Zeit ab erkrankten in den nächsten 10 Tagen noch
 »4 Wöchnerinnen, welche in demselben Zimmer und auf
 »dem gemeinschaftlichen Entbindungsbette entbunden
 »worden waren.“

Prof. Simon Thomas (1) cum veri similitudine febris puerperalis originem, in Nosocomio Ceciliae Lugdini Batavorum, contagio adtribuit, quum ille et assistentes foeminam, pseudo-erysipelate genitalium, in gangraenam telae cellulosae labiorum majorum proclivo, laborantem curaverant. Hoc erysipelas ortum cepit ex repositione uteri descendi a viro doctissimo Broers eodem die instituta, quo sectioni cadaveris foeminae febris puerperali correptae praefuerat.

Contagium (secundum Kiwisch v. Rotterau), (2) plurimi medicorum Anglicorum, ut Douglas, Hamilton, Cusak accusant. Sic et Rob. Lee multa refert exempla, quae contagium docent. Caveant sibi in praxi quam maxime medici commendat. Hull ex urbe Manchester, Hulme, Duges Parisiensis, atque Boer Viennae, contagium vero negant. Kiwisch ipse numquam casum observavit, in quo puerpera morbis ab aliis translatis corripiebatur; imo saepius vidit puerperas sanitate frui optima, quando in eodem erant cubiculo, ubi 4 ad 5 aderant foeminae febris puerperali correptae. Hanc ob causam etiam (pag. 42 operis sui supra commemorati) dicit: »Mich würde daher mehr
 »eine menschenfreundliche Absicht, als die Ueberzeugung

(1) Nederlandsch Lancet 2^{de} series 6^{de} jaargang Dec. 1850 pag. 569.

(2) Die Krankheiten der Wöchnerinnen 1840 pag. 41.

»von der Contagiosität der Krankheit zu der empfohlenen, aber nicht zu übertriebener Vorsicht bestimmen.»

Skoda (in libro dicto Zeitschrift der Gesellschaft für Aertze zu Wien 6^{ter} Jahrg. 2^{tes} Heft Febr. 1850) observationem viri doctissimi Semmelweis nobis communicat; causam, cur febris puerperalis frequentius occurreret in Tococomii parte, medicorum eruditioni destinata, quam obstetricium praxi dedita, haerere in transvectione materiaram putridarum, aut putredinem inducentium (vb. c. puris) e cadaveribus petitarum in foeminas parturientes aut puerperas. Hujus veritatem demonstravit, quum omnibus studiosis, qui sectionibus interfuerant, aditum ad Tococomium negaret, quo consilio casuum numerus immiuit; imo deinceps febris puerperalis ipsa ea in parte minus se ostendit, quam in parte obstetricium. Hanc opinionem confirmare conatus est experimentis in animalibus institutis, quibus pus in vaginam injiciebat, quo, etsi non semper fieret, febrem excitavit nonnunquam puerperalem.

Vir doctissimus Prof. van Goudoever in libro cui titulus (Tijdschrift voor verloskundigen 4^e jaargang 3^e aflevering), clare demonstravit haecce experimenta non sufficere.

Solummodo iis assentiri non possum, qui dicunt non verosimile esse, manibus bene et caute lavatis, adhuc aliquid materiae contagiosae adhaerere. Sub lavatione manuum accuratissima quisque certe mecum intelliget talem manuum explorationem, qua nec odore, nec visu, ullius materiae contagiosae praesentia manibus percipi potest. Me iudice, odore criterium absentiae materiaram contagiosarum constitui non potest. Satis sit verbo commemorasse, odoris perceptionem plurimis pro

individuis gradu differre, atque plurimis observationibus constare nonnullos adfuisse homines, quibus odoris perceptio ita erat acuta, ut ea rerum praesentiam, aliis absconditarum detegerent. Praesentia felis ex odore detecta sit exemplo.

Contagii nomine nemo certe eam intelligit conditionem, qua quisque ad aegrum quemdam appropinquans, aut illum tangens, morbo ejusdem naturae corripere necesse est. Satis cuique est notum saepius permultos homines apud morbos contagiosos sine ullo damno versari (Typhus, Variolae etc.). Praedispositio adsit necesse est, ut quidam morbo corripiatur contagioso. In puerperis dispositio ad febrem inflammatoriam spuriam, aut febrem puerperalem, semper aucta est; uterus nempe semper sanguine stagnanti impletus est, fibrae musculares et membrana mucosa, subito adiposa degeneratione correptae, durante puerperio solvi incipiunt, quod Kilian (1) demonstrare conatus est. Promotor meus aestimatissimus hanc opinionem investigationibus microscopicis confirmavit. Haecce uteri ac materiae mutatio celeris, accedente sanguinis in venis uterinis stasi, et corruptione facili facta resorptione ansam dyscrasiae sanguinis, causa occasionali data quam facillime febrem puerperalem excitanti, praebere posse videtur. Praeterea non omittendum, quomodo etiam levissimo in vulnere gangraena oriatur, quando gangraena nosocomialis eodem in cubiculo adest. Factum illud satis est cognitum, et exinde conclusio in puerperam quam facillima.

Praedispositio illa multis ex causis augeri postest; inter quas animi affectiones primum occupant locum.

(1) Henle und Pferfer Zeitschrift for ration. Medic. Band IX uber die structur der uterus bei Thieren pag. 41 et sqq.

Animi motus in casu primo partem suam contulisse me iudice absque dubio est; ante partum foemina jam tristi erat animo, quum mariti deploraret obitum, atque metu futurae sortis duceretur. Jam tunc temporis opinabatur sese Nosocomium non vivam esse relicturam, atque eventus infaustissimus praedictionem ejus confirmavit.

Quum praedispositionis praesentia, aut absentia nobis nulla pateret raticae, feбри puerperali exorta, non modo genitalia cujusvis foeminae parturientis Aqua Chlorii lavare et injici curavimus, sed etiam statim Aquam Chlorii cum Emulsione Amygdalarum dulc. pro usu interno administravimus. Tococomii practico et adistentibus hanc ob causam non licuit sectionibus adesse; etiam semper, antequam manu explorarent, manus Aqua Chlorii lavabant.

Quandoquidem animum attendimus ad mutationes organicas, in morborum casibus supra relatis observatas, nemo certe erit, qui non roget quam ex origine mutationes illae petendae sint. Tenendum autem in omni puerpera substantiae uteri mutationes modo memoratas, atque praecipitatum et promptam fibrarum uteri adiposa facta mutatione solutionem, harumque partium solutarum resorptionem mutationes inducere debere in sanguine, atque specialem quasi sanguinis proferre dyscrasiam, quibus fit, ut morbi, potissimum inflammationes, alium decursum specialem sequantur, quam aliis sub conditionibus, in foemina v. c. non gravida. Hinc causae diversissimae in puerpera adeo sensili facile morbos excitant, qui, propter singularem in his dispositionem, ex dyscrasia sanguinis aliisque causis natam,

in febrem puerperalem, uteri et dein peritonaei inflammationem, citissime in suppurationem abeuntem, transeunt. Hinc non una causa dari videtur; sed jam contagium quoddam, in alio homine alium morbum producens, jam animi pathemata, jam gastricae causae aliaeve videntur feбри puerperali ansam praebere; minime enim principio specifico cuidam hypothetico febris puerperalis causam adscribere possumus. His causis tribuendum est, quod morbi processus saepius uno quasi impetu pluribus in locis corporis erumpunt, et partes morbo correptae quam celerime in suppurationem transeunt; sic etiam celeritas permaxima, qua suppuratio et mutationes sanguinis reliquae oriuntur, quae semper in sectionibus cadaverum puerperarum feбри puerperali correptarum occurrunt. Cuius enim perspicuum est inflammationem eorundem organorum, aliis vero sub conditionibus ortam, decursum quam maxime diversum habere, atque stadia sua non eodem modo decurrere ac in feбри puerperali.

Piorry (1) tres accipit modos, quibus pus formatur in venis. 1^o Absorptione. 2^o Introitu mechanico in loca, quae cum oris vasorum apertis communicant. et 3^o Exsudatione puris in vasis pariete inflammato.

Kiwisch v. Rotterau (2) duos priores rejicit modos, et pus solummodo ex inflammatione vasorum locali oriri opinatur.

De absorptione quantitatis puris permagnae nemo est qui dubitet; saepius enim occurrit abscessus quasi sponte abire, imo ipsum pus in urina interdum inveniri. Attamen

(1) Kiwisch v. Rotterau pag. 114.

(2) I. e. p. 117.

saepius etiam observaverunt venas pure esse circumdatas, etsi vasa nil nisi sanguinem veherent purum. Opinioni vero Cl. Kiwisch assentiri non possumus, quando dicit phlebitidem semper adesse oportere. Quam difficillime enim saepius est inflammationem venarum uteri capillarium in febris puerperali post mortem demonstrare, ex mutatione nimis magna, quam subivit uterus, et ex colore profundiori, quem imbibitione hisce in casibus accepit. Cl. Cruveilhier in opere suo dicto (*Anatomie pathologique du corps humain. livraison XI pl. III*) satis docet quantitatem puris copiosam absorptione ad locum, a vasis capillaribus inflammatis longe remotum, transferri posse.

Meinel (1) originem puris in sanguine, sine vasorum inflammatione perspicua, hisce tribuit causis 1°. Quod ex sanguinis dispositione peculiari, coagula oriri possunt, quae antea processui tribuebantur inflammatorio. 2°. Quod si haec dispositio pergit, coagula illa in pus transire possunt.

Etiam Vogel (2) ex febrino coagulato pus oriri opinatur.

Rokitansky pag. 643 dicit. »Est ist demnach die »Gerinnung hier nicht durch das Produkt der Entzündung »der Venenhäute, d. i. die Aufnahme des auf die Innen- »fläche der Vene ergossenen Exsudates in den Blutstrom »am Ort und Stelle veranlasst, sondern sie ist die Folge »einer spontanen oder einer durch Aufnahme verschiedener »innerhalb des Gefäßsystems oder ausserhalb desselben »gebildeter Produkte von Stase und Entzündung gesetzten »Erkrankung der Blutmasse etc.

(1) Recherches physiologiques sur la Phlébite; par le docteur Ch. A. Meinel pag. 54 du Journal de Médecine de Bruxelles 10^{me} vol. Janv. 1850.

(2) Pathologische Anatomie 1^{ste} Abtheilung pag. 119.

Pag. 644 sequentia dicit. »Demgemäss geht die Gerinnung gemein hin eine eiterige Metamorphose, die »Schmelzung zu einem mehr oder weiniger organisirten »Eiter zu jauche ein.»

Coagulum griseum ex aorta, in casibus quos observavi, maxima pro parte e cellulis puris constabat.

Cl. Donders (1) dicit »Uit de baarmoeder, op welke »slijmvliesvlakte hierbij nimmer ongewone exsudaten »ontbreken, en wel uit de aanhechtingsplaats der moeder- »koek, waar de aderen in zekeren zin vrij openstaan, »wordt die toestand, zoo niet altijd dan toch in de meeste »gevallen aan het bloed medegedeeld, en de verschillende »exsudatie processen, zoowel als de soms opvolgende »aderontsteking hebben hierin haren grond. Althans uit »dit oogpunt alleen laat zich het proces in zijne ont- »wikkeling behoorlijk opvatten, ook dan wanneer wij in »eene bijzondere gesteldheid van het bloed, en van het »geheele ligchaam eene voorbeschiktheid aannemen.»

Sanguinis puerperarum compositio, ut Berndt ait, huic mutationi quam maxime favet, et ex inde causa repetenda videtur, cur puerperae miasmata aut contagio puerperali adeo facile corripiantur.

Alii, ut van Dance, opinantur non opus esse, ut vasa sanguifera pus aut elementa soluta directe in se recipiant; pulmones vero, eas materies ex pure soluto ortas, quibus atmosphaera infecta est, facile absorbere, et ita sanguinis infectioni ansam praebere.

Bouchet (2), qui febrim puerperalem, febrim pyoge-

(1) Nederl. Lancet 2^{de} series 6^{de} jaargang.

(2) Gazette médicale Paris 1845 No. VI pag. 85. No. VIII pag. 101. No. X pag. 149.

nicam habet, putat sanguinis globulos, sine inflammatione praegressa, in globulos puris commutari posse.

Praeter eum a Gaudin, (1) Jobert (2) casus nonnulli commemorantur, qui puris in sanguine conformationis directae probabilitatem affirmant. Scherer (3) casum observavit, in quo globulos puris invenit in sanguine corde cadaveris contento, ne vestigium quidem phlebitidis aut exsudati, in regione hypogastrica abdominis, referentis.

De harum observationum certitudine adhuc valde dubitamus. Etenim antea jam demonstravi, quam difficillimum sit, imo interdum nequaquam fieri posse, praecipue in utero post partum, cum ulla certitudine absentiam inflammationis vasorum capillarum ostendere; et corpuscula sanguinis incolorata a globulis puris discernere.

Innumeras sanguis mutationes subire potest, sed de cellularum puris conformatione in sanguine ipso dijudicare nolimus. Tamen non negligendum, adipis quantitatem in sanguine potissimum uterino ex resorptione in puerpera majorem forsitan aliquid contribuere posse, cur pus semper adipe scatens facilius efformari in puerpera possit. Denique uteri moles adeo insignis ad partum, cito non tantum contrahitur, verum magna pro parte consumitur et decrescit, quod decrementum minime lochiorum fluxu solum explicari potest; hinc fibrae musculares adiposa mutatione solutae solvuntur, adipis quantitas in sanguine hac ex causa augeri debet, atque adeo dispositio ad lactis secretionem promoveri, ut fere dici possit, infantem

(1) Archives générales de Médecine Dec. 1854.

(2) Fleury, Essai d'infection purulente.

(3) Untersuchungen zur Pathologie pag. 250.

pro parte etiam nutriri ipsa sed mutata substantia, quae antea forma uteri includebatur, quaeque ipsum expulit. Si vero jam lochiae minus profluant, nec corrupta satis emittant, si lactis etiam secretio quacunque de causa diminuatur, mirum non est sanguinis compositionem mutari debere, adeoque a normali recedere, ut effectus alieni morborum orientur, ipsique processus inflammatorii, si orientur, alium sequi debeant decursum.

Haec confirmari videntur, si attendamus ad evolutionem mutationum quoad formam, quae in sanguine repertae sunt.

Sanguinis amissio, quae quemque comitatur partum, jam corpusculorum sanguinis incoloratorum augmento favet; conditionibus peculiaribus formatio illa augeri potest.

Virchow (1) dicit. »Das Blut, als ein in steter »Entwicklung begriffenes, transitorisches Gewebeelemente mit flüssiger Intercellularsubstanz, enthält fortwährend junge Gewebeelemente, Zellen. Unter normalen »Verhältnissen bildet sich die übergrosse Mehrzahl »derselben zu den specifischen Blutzellen, den hämatinführenden rothen Blutkörperchen aus. Unter abnormen »Bedingungen tritt eine Entwicklungstörung ein, welche »die Bildung der specifischen Gewebeelemente hindert, »dagegen die Fortentwicklung der jungen Zellen als »nicht specifischer einfacher Zellen begünstigt. Letztere »sind die sogenannten farblosen Blutkörperchen oder »Lymphkörperchen.

»Ueberschen wir nur, loco dicit sequenti, diejenigen »Verhältnisse unter denen eine bedeutendere Vermehrung

(1) Archiv. für Patholog-Anatomie und Physiologie, Zweites Band 5tes heft 1849 pag. 592 et sqq.

»der farblosen Blutkörperchen vorkommt, so können
 »wir 3 verschiedene Zustände des Bluts unterscheiden.

»1°. Die einfache Störung der Entwicklung specifischer
 »Zellen (Leukämie) bei chronischen Tumoren der Milz
 »und der Lymphdrüsen.

»2°. Die gleichzeitige Veränderung in der Entwicklung
 »der beiden specifischen Gewebsbestandtheile des Bluts:
 »der Hämatinzellen und des Faserstoffs bei der Entzündung,
 »der Schwangerschaft und wiederholten Aderlässen.

»3°. Die mit Volumsverminderung (Blut-Atrophie)
 »verbundene Störung der specifischen Blutentwicklung
 »bei Typhus, Cholera, putrider Infection (sog. Pyämie).

»Wenn die farblosen Blutkörperchen, nicht specifische
 »Zellen sind, wenn sie also den Eiterkörperchen, den
 »Sarcomkörperchen etc. äquivalent sind, so steht zu
 »erwarten, dass sie auch unter Umständen alle diejenigen
 »Veränderungen erleiden werden, welche bei den einfachen,
 »nicht specifischen Zellen bekannt sind."

Atque unam harum mutationem, scilicet conversionem in
 adipem jam in diario. Med. Zeitung 1846 N°. 35 ita locum
 habere probavit, et B. Reinhardt hasce confirmavit
 observationes, quum pag. 65 in Archiv. 1^{ste} band dicit.

»Im Blute hat Virchow eine Ablagerung von Fett-
 »moleculen im Inhalte der farblosen Blutkörper beim
 »Menschen und verschiedenen Thieren nachgewiesen.
 »Ich sah eine Umwandlung eines Theils der farblosen
 »Blutkörper zu mehr oder weniger, zumeist aber nicht
 »sehr dicht erfüllten Körnchenzellen ebenfalls einmal im
 »Blute eines trächtigen, ubrigens aber ganz gesunden
 »Kaninchens. Einzelne fetterfüllte Zellen traf ich einmal
 »im Blute eines Pneumonischen, so wie ferner mehrmals
 »im Blute rotzkranker Pferde."

Virchow pag. 593 Sqq: conversionem in pigmentum demonstrare conatur. De veritate sententiarum, quod cellulae pigmenti, quas in sanguine in corde aut liene praesenti invenit, vel ex sanguinis metamorphosi oriantur, vel in liene formatae essent, et ex inde in sanguinem veherentur, certum ferre iudicium mihi non licet. Satis sit notasse, si verum est tum adipis, tum pigmenti cellulas in sanguine ex corpusculis sanguinis incoloratis, aut aliis ex elementis oriri posse, me probabilitatem non negare, quod aliis sub conditionibus cellulae puris oriri possint, etsi metamorphosis illa adhuc non sit demonstrata.

Prof. Donders (1) ait. »Eene gewijzigde toestand heeft tot ontwikkeling van Korrelcellen aanleiding gegeven (Bij kraamvrouwen bestaat deze neiging tot dit proces kennelijk genoeg in de melkafscheiding); deze zijn uiteengevallen; vet en korrelige stof zijn vrij geworden; het vernietigingsproces der gekleurde bloedligchaampjes is voortgegaan, zonder dat uit de ongekleurde nieuwe tot stand kwamen; het geheele bloed is scheikundig veranderd; gewijzigde bestanddeelen zijn uit het bloed in de binnenste rokken der aderen gedrongen en hebben de bindende stof van de epitheliumcellen der aderen opgelost. Vermindering der gekleurde bloedligchaampjes, vermeerdering der ongekleurde en het voorkomen van korrelcellen, van moleculaire korreltjes, van vetkogeltjes, en van epitheliumcellen is hiervan het gevolg geweest.»

Quantitas igitur globulorum puris copiosa, quae in

(1) Nederl. Lancet 2de ser. 6de jaarg.

sanguine inventa fuit, etiam oriri potest ex conversione fibrarum muscularium, et membranae uteri mucosae in adipem.

De noxis, quas sanguis ita compositus, organismo adfert, nemo est qui dubitet; et exinde omnes etiam repetendae sunt mutationes, quas cadaverum sectiones docuerunt. Prof. Donders haec omnia breviter, in libro supra laudato publico communicavit, quam ob causam mihi superflue videtur exinde verbotenus haec omnia desumere.

In sectione uterum cum partibus adjacentibus quam maxime morbo correptum inveniri documento esse posset, processum, quatenam ejus sit causa, exinde ortum esse. Jam antea demonstravi hoc facile fieri posse.

Quum Prof. Donders hisce experimentis operam daret, etiam sanguinem post Hirudinis applicationem effluxum indagavit. Exinde patuit sanguinem illum non coagulare, corpusculis sanguinis incoloratis, a normalibus non diversis, esse impletum (a 20 ad 80 usque in uno plano microscopii); sed nec materiam granulosam, nec adipis globulos, nec cellulas epitheliales continere; in tali experimento autem attendamus, dicit, oportet, ne ex vasis lymphaticis vulneratis, ulla admisceatur lympa.

Symptomata, quibus Febris puerperalis prodit, quam maxime differunt, prouti ex causa proxima, vel ex complicatione morbum comitanti oriuntur. Hanc symptomatum conjunctionem eodem modo mutari necesse est, quo functiones horum organorum, e quibus complicatio

oritur, sint mutatae. Et quum mutationes pathologicae in quovis organo apud febrim reperiantur puerperalem, hoc loco, si singulam harum formarum separatim describere vellem, prolixius essem. Breviter ea tantum commemorabimus, quae omnibus puerperis morbo correptis communia sunt, atque morbi signa characteristica habentur. Saepius enim occurrit, ut in altera epidemia symptomata adsint infaustissima, quae in altera plane desunt. (Genio nonnulli hoc tribuunt epidemico.) Quin etiam fit, ut in una eademque epidemia symptomata, apud foeminas brevi post partum morbo correptas, diversissimae atque malignioris sint naturae, quam apud foeminas ulteriori in partus periodo morbo affectas.

Prof. S. Thomas (1), quum loquitur de forma, quam febris puerperalis apud No. 26 in Nosocomio Ceciliae acceperat, dicit febrem puerperalem eam ob causam naturam minus accepisse normalem, quum foemina 8 diebus jam prius peperisset quam causa daretur occasionalis.

Memorable est, omnes foeminas morbo grassanti febricitare; apud omnes pulsum frequentem percepit, tum nonnullis diebus ante, tum nonnullis post partum. Horripilationes, calor eas sequens, atque pulsus frequentia, morbo correptarum mox differebat ab iis, quae in aliis a morbo non affectis observabantur. Apud priores, praesertim apud viduam Kunst, febris ad quaedam determinata tempora gradu erat intensior, quam ob causam metu ducebamur, ne febris intermittens subesset; pulsus apud illam multo erat frequentior, et mox parvus factus est. Etsi pulsus non semper aliquid doceat pecu-

(1) Nederl. Lancet Dec. 1850 pag. 569.

liare, attamen organismi conditionem accurate ostendit, et hunc in scopum igitur magni est momenti. In casibus duobus prioribus mox parvus atque debilis factus est; in casu ultimo pulsus in initio (die 6 Maji) erat suppressus, dein modo frequens erat, modo circa morbi stadium ultimum (die 19 Maji) parvus factus est, quae conditio brevi tempore post est emendata.

Facies harum miserarum fere semper aliquid visui offert peculiare. Color, antea albus, ex sordido fit flavus, genae sudore gelatinoso tectae collabuntur, oculi splendore orbantur, in cavitates suas recedunt, atque dolorem exprimunt acerbum, facies est anxiosa. Haec adeo sunt characteristicae, ut ex illis vultus lineamentis, faciem Hippocraticam appropinquantibus, practicus peritus saepius eventum dignoscat infaustum. Facies illa in casu primo duobus diebus ante mortem, praecipue die 13 Aprilis observabatur, in casu secundo die 20 Aprilis, in casu tertio diebus 9 et 19 Maji etiam illam observari licuit, illo tamen cum discrimine, ut non tam esset characteristicae, saepius etiam cito evanesceret, quin etiam brevi tempore, mens depressa in alacrem mutaretur. Faciem illam collapsam Prof. S. Thomas apud foeminam (Nº. 22) observavit, quam modo versus partum finem viderat; statim exinde prognosin statuit infaustissimam, non fallacem, quum mors 88 horis post partum foras jam pulsaverit.

Dein huc organorum digestionis turbae referri debent. Symptomata gastrica sese declarant sapore sordido, nausea, lingua sicca, sordidi albi coloris, interdum dentium ac labiorum colore, qui fuligini similis est; quae caeterum omnia sunt symptomata morbis adyna-

micis permultis propria. Nonnullis in casibus vomitus frequens adest (etsi hic mere sympathica ex causa oriri possit). In casu primo observato, morbus symptomatibus subgastricis vehementissimis incepit, quae symptomata semper continuarunt, vomitum cohibere nullo licuit modo; nam licet post usum Extr. Opii aquos. sisteret, attamen die sequenti circa vespertinum tempus rediit. In casu secundo haec symptomata multo erant leviora, modo versus finem diei 22 Aprilis vomitu materies evacuabatur viridiscens. In casu ultimo symptomata illa ad appetitum imminutum, linguam obsessam, modo siccam, modo humidam restricta erant; nausea nec vomitus apparuerunt. Diarrhoea interdum cessans, sed brevi post rediens, symptoma fuit in omnibus casibus observatum. Haec symptomata S. Thomas in N^o 21, 22, et 26 etiam observavit. Ex morbi processu in tractu intestinali locato, symptomata illa satis superque explicari possunt. Bilis secretio copiosa, quam prae caeteris in primo casu observavimus, ex congestione venae portarum in hepar reagenti etiam repetenda videtur.

Lactis aut lochiarum secretionis turbae, quas saepe observaverunt, hic non adfuerunt. In casibus duobus prioribus hae ad finem usque semper fuerunt regulares. In casu tertio lactis secretio die 14 Maji modica erat, die 21 ejusdem mensis sistebat, sed priusquam aegra plane reconvaluit, rediit; lochiae hoc in casu copiosae, atque foetidi erant odoris.

Dolor in regione abdominis hypogastrica, omnibus in casibus a nobis observatis, praesens fuit. Unde dolor ille? Febrim puerperalem plurimis in casibus, sub symptomatibus inflammatoriis prodire, nemo est qui

dubitet. Inflammatio illa sedem capit in utero cum appendicibus, aut in peritoneo, imo omnes partes circumjacentes inflammari possunt. Haec symptomatum forma adeo est frequens, ut antea peritonitidem ac febrim puerperalem eundem habuerint morbum; etsi symptomata, morbi decursus, exitus atque eventus, diversa, eadem in curatione, mox discrimen adesse docuerint. Utroque in morbo, peritoneum est inflammatum, altero in morbo ex causa protopathica, in altero vero ex causa deuteropathica, nempe ex sanguinis diathesi peculiari.

In peritonitide ac metritide mera, semper dolor adest ita acerbus, ut aegra neque integumentorum tactum, neque manus pressionem ullo modo ferre possit; uterus, qui semper volumine auctus est, manui exploranti durum atque solidum sese offert. In peritonitide puerperali, uteris etiam majoris est voluminis quam in conditione normali, sed multo mollior et laxior est, ut praecipue in casu secundo observavimus. Dolor non adeo est acerbus, sed potius ingratus pressionis sensus; dolores paulisper intermittere atque pressione potius imminui quam augeri observavimus; quin etiam in casu secundo dolor applicatione fasciae abdomen cingentis fere plane evanuit. Exinde concludendum esse videtur, dolorem non modo ex inflammatione accedenti oriri, sed etiam ex nervorum affectione originem petere; de hyperaestesia praesentia nullum superfuit dubium, quum tactum levissimum minus bene ferret aegra quam pressionem validiorem.

Quando varietates febris puerperalis innumeras consideramus, nullus erit, qui putet curationem hujus morbi

dari generalem. Non opus erit, ut exempla adferamus permulta, in quibus nullum medicamen, aliquod morbo levamen praebuit. Quandoque in memoriam revocamus, praecipua, quae hoc de morbo scripta sunt, nobis quam luculentissime apparebit plurimos scriptores, hoc in capite tractando paucis usos fuisse verbis. Seriem medicaminum diversissimorum nobis commendant, actionem illorum vero explicare non possunt. Ne loquax videar, ergo breviter modo indicationes quibus in curatione ducebamur, commemorabo.

Tanquam medicamen prophylacticum, postquam febris puerperalis in casu primo memorato orta fuerat, deinceps cujusvis foeminae, statim post partum genitalia externa Aq. Chlorii lavari, atque hoc medicamentum interne cum Emulsione Amygdalarum dulcium administrari curavimus. De Chlorii actione putredinem argenti nemo est qui dubitet. Eodem adpectu aegras in aliud cubiculum statim transvehi jussimus.

Maximi momenti in curatione, symptomata varia, quibus febris puerperalis prodit, merito habentur, sive sub inflammationes mitioris aut acutioris forma se offerat, sive systematis nervosi affectiones primum occupent locum. Ad haec symptomata coercenda curationem direximus nostram.

Jam commemoravimus, nos dolorem tam inflammationis symptomatibus, quam nervorum irritationi attribuere; hasce duas condiciones morbosas curare vobis propositum fuit. Curatio antiphlogistica levior hoc in casu indicata videbatur. Hanc ob causam omnibus in casibus Hirud. med. ad loca applicavimus dolentia, quibus dolor, si non abiret, certe tamen imminutus est. In casu secundo actionem, administratione Hydrargyri sub forma Calome-

lanis, Opio juncti, ut irritatio tractus intestinalis immi-
 nueretur, atque infriktionibus cum Unguento Hydrargyri
 auximus. Ea ad loca, quibus inflammationis symptomata
 adeo erant levia, ut sanguinis detractionem non postularent,
 aut ubi praegressae erant, Vesicatorium applicavimus,
 quod Unguent. Thymel. suppurare perrexit. Sanguinis
 depletiones universales nobis contra indicatae videbantur.
 Si autem symptomata inflammatoria validiora fuissent,
 aut in constitutione robustiori, aut temperamento sanguineo
 prodiissent, nobis nullum dubium de instituenda venae
 sectione fuisset; sed in casibus morbi memoratis, in
 quibus pulsus semper fuit frequens, parvus et irregularis,
 collapsus virium statim venae sectionem secutus foret.
 Hisce igitur in casibus sanguinis detractio universalis,
 non modo nullius fuisset adjumenti, sed quam certissime
 noxas adtulisset permagnas.

Hydrargyrum olim specificum ad febrim puerperalem
 habebant. Aegrae pro usu interno Chloruretum Hydrargyri
 administrabant, usque dum salivatio instaret; quando
 autem illa semel exorta erat, aegram servatam esse
 existimabant; etiam tamquam revellens per tractum in-
 testinalem praescribebatur. Sanguinis dyscrasiam admi-
 nistratione quantitatis insignis Calomelanicis non emendari,
 nemo est qui dubitet. Nos ut antiplasticum administra-
 vimus, ut ejus ex usu scilicet seri exsudati absorptio
 promoveretur.

Jam antea monuimus inflammationem non solum
 dolori ansam praebere, sed irritationem nervorum
 magnam etiam conferre partem; hanc ultimam curare
 necesse fuit. Sedantia et Antispasmodica hic indicata
 erant, et ex serie medicaminum hujus naturae Opium atque

Rad. Ipecacuanha delegimus, quum horum medicaminum administratione pluribus satisfacere indicationibus liceret.

Berndt (1) pag. 147 dicit: »Das sich kund gebende »Leiden des Nervensystems, das für sich bestehen, aber »auch ein Bestandtheil des Puerperalfiebers sein kann, »muss dem Charakter der Funktionsstörung entsprechend »behandelt werden. Der hervorstehende *Erethismus* »fordert besonders die Anwendung der narkotischen »Mittel, sowie der Ableitungen. Die Wirkung des beim »Puerperalfieber so gerühmten Opiums bezieht sich wohl »vorzugsweise auf die Beschränkung dieses Erethismus.»

Opium administravimus, ut systematis nervosi irritationem sedaret, et, ubi alvi profluvium aderat, simul hanc tractus intestinalis conditionem emendaret morbosam. In morbi casu jam commemoravi memorabile esse, Opii post usum, alvi profluvium modo imminuisse. Opium simul sub Acetatis Morphii forma praescripsimus, ut puerpera praesertim noctu somno frueretur placido. Ipecacuanha cum Opio eam ob causam combinavimus, ut systema uterinum sedaret. Olim tali in casu Ipecacuanha majori dosi, ut vomitum promoveret, praescribatur.

Sulphatem Chininae propter dolorum intermissionem administravimus, atque ei Opium adjunximus ut, et Chininae actionem auget, et alvi profluvium ciet.

Oleum Terebint. praesertim ab Anglis specificum habetur efficacissimum. Rob. Lee (2) pag. 126 ait »Ich kann

(1) Krankheiten der Wöchnerinnen 1846.

(2) Untersuchungen über das Wesen und die Behandlung einiger der wichtigsten Krankh. der Wöchn. Aus dem Engl. von Dr. Schneeman.

»aufrichtig versichern, dass ich Frauen, augenscheinlich durch den Einfluss desselben, von einem fast hoffnungslosen Zustande habe genesen sehen, und wo gewiss jede Hoffnung, auf Herstellung bei der gewöhnlichen Behandlung aufgegeben worden wäre.»

Quum nostris in casibus sensibilis intestinorum adesset permagna, administratio hujus medicamenti majori dosi, ut Angli volunt, contraindicata erat. Praesertim in casu secundo, quum collapsus virium jam incepisset propter virtutem medicatam excitantem (actionem specificam) administravimus. In casu ultimo, quando clysmatis post applicationem alvus parca secuta esset, tamquam catharticum dedimus (9 Maji).

Medicatio caetera in eum direximus finem, ut complicationes, quae superessent, tollerentur, atque vires sustentarentur.

Haec curatio convenit cum illa, quam vir Doctissimus Bamberger in libro cui titulus (Deutsche klinik Febr. 1850 No. 8. März No. 9 et No. 10) publico communicavit. Etiam ille symptomatum causas ex sanguinis petiit dissolutione.

T A N T U M.

THESES.

I.

Augmentum secretionis nervorum incitatione provocatum explicari nequit ex actione nervorum in tunicas solum arteriarum.

II.

Spermatozoa non sunt animalcula.

III.

Membrana decidua non oritur effusione lymphae cujusdam plasticæ, sed formatur ipsa membrana mucosa uteri tumente et magis evoluta durante graviditate.

IV.

Causa circumvolutionum funiculi umbilicalis non tantum e motu infantis proprio explicari potest.

V.

Quisque foetus suo proprio systemate musculari uteri expellitur, post partum iterum evanescente.

VI.

Partes in cavo thoracis sitae extra pulmones, minori pressioni aeris sunt expositae, quam partes corporis externae.

VII.

Nullum certum indicium exstat, e quo mortem apparentem a vera dignoscere licet.

VIII.

Non assentior viro Cl. Laennec statuenti, respirationem bronchiale atque Bronchophoniam tantum repetendas esse, e qualitate qua textura pulmonalis morbose constipata et densior facilius sonum conducet.

IX.

Origo morbi Brightii e sanguinis, non vero e renum morbo quaerenda est.

X.

Sonus qui dicitur *râle crepitant*, etsi in primo pneumoniae stadio fere semper adsit, signum hujus morbi pathognomonicum non praebet.

XI.

Causam, cur eadem sub conditione Hypertrophia aut dilatatio cordis oriatur, ex sanguine praecipue esse repetendam contendo.

XII.

Male agunt qui, Cl. Rust secuti, in commotione cerebri statim venam secant.

XIII.

Usus Chloridi Formyli in Tenotomia improbandus est.

XIV.

Operatio paracentesis vesicae supra symphysin ossium pubis, prae caeteris omnibus commendanda est.

XV.

Causa mortis apparentis sublata, respirationem quam citissime promovere necesse est.

XVI.

Ex docimasia pulmonum hydrostatica non effici potest, utrum infans vixerit nec ne.

